



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 8. Alia iudicia Dei per aquas hominibus ostensa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

tabilis, & omninò pristinam naturam retinens. Quod planè erat ingens miraculum. Eodem tempore, eodem loco hauriebant Aegyptij & Hebraei: quod illis atrii coloris cruor, hoc istis limpida aqua fuit. Intelligite hinc, peccatores, si sic elementa dijudicant, quid facturus sit Dominus elementorum.

§. VIII.

Alia iudicia Dei, per aquas hominibus ostensa.

Simile iudicium, & in alijs aquis, factum legimus. *Siloam fontem esse, ad radices montis Sion,* ait S. Hieronymus, *qui non jugibus aquis, sed in certis horis diei ebulliat, & per terrarum concaua ad antra saxi durissimi, cum magno sonitu veniat, dubitare non possumus, nos praesertim, qui in hac habitamus provincia.*

S. Hieronymus. in *Ita. cap. 2.* *ait S. Hieronymus, qui non jugibus aquis, sed in certis horis diei ebulliat, & per terrarum concaua ad antra saxi durissimi, cum magno sonitu veniat, dubitare non possumus, nos praesertim, qui in hac habitamus provincia.*

S. Epiphanius. *Huius fontis ortum & nomen Epiphanius prodit inquit: Fontem Deus Siloam causa (& precibus Isaiae) Propheta effecit: quoniam priusquam moreretur, pusillū precatus est, ut undas illinc erumpere dignaretur. Et confestim dimisit illi calitus aquam viuentem. Unde sortitus est locus ille appellationem Siloam; quod, quis interpretetur, sonat demissum. Sub Ezechia quoque rege, antè, quàm stagna piscinam fabricasset, precibus Isaiae effectum, ut exigua*

lymp

lympha scaturiret, quod populus in obsidione
 hostium teneretur, ne ipsa periret undis desti-
 tuta ciuitas. Milites igitur perscrutabantur
 undique, vbinam sedare sitim daretur, ignora-
 bant enim. Vrbe quippe iam potiti, obsidebant
 siluam. Quandocunq; itaq; indigentes Iudæi a-
 quatum venerant, scaturiebat eis vnda, & a-
 quabant: exterarum verò nationum homines
 reperire nesciebant. Latex namq; aufugiebat.
 Eoq; usq; in hodiernum diem eructatur clan-
 culum, quo significetur mysterium. Ceterum,
 quandoquidem Isaia Propheta istud acceptum
 referunt, in perennem eius rei memoriam, po-
 pulus accuratè Prophetam isti solo, cum gloria
 & honore reddidit; ut per eius intercessionem,
 in consummationem usq; sæculi, aquæ huiusmo-
 di fructus impetretur, cui scilicet usum refere-
 bat acceptum. Huic fonti Siloæ haud valde
 dissimilem videri, ait Baronius, fontem il-
 lum, seu fluuium, item in Palæstina Sabba-
 vicum dictum, à Iosepho sic descriptum. Cõ-
 spicit, in itinere, (Vespasianus Imp.) fluuium
 cognitione dignissimum. Is fluit medijs inter
 Arcas & Raphaneas Agrippæ regni ciuitates.
 Haber autem quoddam peculiare miraculum.
 Nam, cum sit, quando fluit, plurimus, neque
 meatu segnis; tamen, interpositis sex diebus, à
 fonti-

Cæf. Ba-
 ron. An.
 33.
 Ioseph
 de bell.
 lud. lib. 7.
 cap. 24.

fontibus deficiens siccum exhibet locum. Deinde, quasi nulla mutatione facta, septimo die, similis exoritur: atque hunc ordinem eum semper seruare, pro certo compertum est. Unde etiam Sabbaticus appellatus est, a sacro septimo Iudaeorum die sic appellatus.

§. IX.

Aquas dari, vel negari à Deo, ut discamus inimicis benefacere, sapere, orare.

Quemadmodum Sabbaticus hic fons Iudaeos docuit, Sabbata seruare, atque laboris cursum cohibere, ut Deo vacarent, ita ille prior Siloa dictus monstrauit, homines esse in causa, ut nonnunquam diuinæ beneficentiæ fontes exsiccentur. Nam

Matth. 5.
45.

etsi Pater cælestis pluit super justos & iniustos, ut doceat nos inimicis benefacere, & diligere eos, qui nos persequuntur, quod

S. Hieron.
in eund.
loc.

ut S. Hieronymus ait, fecit David in Saul & Absalom: Stephanus quoque pro lapidantibus deprecatus est, & Paulus anathema cupit esse persecutoribus; sæpe tamē etiam delinquentibus necessaria subducit, ut ex inopiâ sapere incipiant, quos fecit abundantia recalcitrare. Quin etiam potentiam suam, ac

Iob. 12. 15.

dominium in creaturas manifestat. Nam si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit